



Universitätsbibliothek Paderborn

**Manvale Parochorvm, Sive Institvtones & Praxes Tum
Vitæ, tum Officii Pastoralis**

Musart, Charles

Monachii, 1654

XV. Phreneticis & vsu rationis parentibus; aut condemnatis ad mortem: & quomodo præcauenda irreuerentia in moribundis; & quædam circa hoc cautela.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41616

vitæ cautum existimes, plurimoque
te metu angi sentias, sunt, qui tibi in-
dulgent, ut proprius non accedas, præ-
sertim si tuo ex periculo periclitentur
plures, quibus consuli per alium.
Sacerdotem non nisi tardè, aut ægrè
poterit: quod eo casu minus ægrè
consenserim; si infirmus peccati gra-
uioris minimè sibi sit conscius, aut
quod faciliori viâ, & minori periculo
fit, si eminè absoluì à peccatis possit,
& Viaticum acceperit.

NVM: XV.

*De Phreneticis, & usu rationis carentibus in vitæ periculo constitutis, & iis, qui
sine Sacramenti irreuerentia non videntur Viaticum sumpturi.*

SEmper attendendum Parocho, ne
fiat irreuerentia Sacramento: ut
si periculum sit vomitus ex medici-
nâ, vel aliunde; aut expunctionis; aut ne
species deglutiuntur. Igitur Phre-
neticis, aliisque ratione carentibus, si

Eucha.

Eucharistiam petierint pro Viatico,
modò credantur dispositi, neque spes
sit sanioris mentis, negare non debes,
si modò sine irreuerentiâ Sacramenti
accipere posse videantur. Subest au-
tem hoc periculum, si meritò timetur,
ne expuant; vt facile Phreneticis ac-
cedit; aut ne euomant, vt facile acci-
dit iis, quibus stomachus omnia re-
spuit, aut qui continuò vehementer
extussiunt, aut sanguinem ex intimis
excreant; aut si periculum, ne traii-
ciant; vt fieri aiunt iis, qui à rabido
cane fuerint demorsi. Vitandum ta-
men hîc alterum extremum; ne plus
æquo scrupulosè iudices. Non enim
qui aliquando expuunt, omnia, &
semper expuunt: neque quibus sto-
machus respuit cibos, aut potum, sta-
tim illam speciei panis particulam
eiiciet, et si fortiter extussiat, aut san-
guinem excreet: nam quod in sto-
macho est tantillum, non æquè abit
cum tussi, aut sanguine: si aliunde
quam

quām de stomacho effluat : medicorum & domesticorum sensus explorandus. Iuuat etiam experiri in dubio , particulā panis communis priūs datā, & sumptā ; vt de sacrā particulā idem iudicium feras pro Viatico ; item si à maiore particulā metuis , minimam diuide , & cum liquore modico , quo infirmus ad potum vtitur , de cochleari præbe : multis usus docuit istud successisse , quod ne fieret , metuebant In dubio perstante , censeo potius Sacramenti rationem habendam. Non censetur irreuerentia illius , si infirmus iaceat loco immundo , aut male olenti , cùm efferri aliò , aut locus decentior haberri non potest : nonaprobo deferri Eucharistiam , cùm nulla spes concipitur illius sumendæ ab infirmo : sed eâ tantùm causâ , vt ad solium duntaxat Christum præsentem adoret: imò prohibitum est , ne Eucharistia solius adorationis causâ ad infirmum deferatur ; satis erit desiderium

rium
præt
tur ,
eò a
num
ribus
cùm
ore e
quā
ris ,
si no
gent
alter
appa
que
Si
dem
pta ,
Mon
gau
com
de i
mor
rum

rium Communionis. Quòd si fortè præter spem conceptam , aut expuat-
tur, aut euomatur Sacramentum, quid
eò agendum ? Docet Missale Roma-
num de defectibus in Missâ occuren-
tibus ; si accidat, vt infirmus moriatur,
cùm adhuc hostia , vel pars eius in-
ore est, necdum transmissa , extrahe-
quâ arte , & quantâ reuerentiâ pote-
ris, & vel sumes in sacrificio iejunus,
si non abhorres; vel loco sacro dili-
genter afferuabis , donec species ita
alterentur , vt alia planè substantia
appareat , quam combures , cinerés-
que proiicies in sacrarium.

Si verò Hostia transmissa sit qui-
dem , sed necdum putatur consum-
pta, nihil mouebis : nam quid ageres ?
Moribundus voluit confiteri , indi-
gaum reperis, non absoluis : petit
communionem ; da indigno, si aliun-
de indignitatem ipsius non moueris :
mone tamen priùs , & obtestare ite-
rum , iterumque, ne indignus sumat .

Non

190 *Institutionum Pastoralium*

Non petit ipse , sed petunt domestici ;
quid dices ? dic te paratum , si ipse de-
siderat : si aiunt desiderare , redi , &
roga , an petat : si annuit ; postula fa-
cultatem , ut tibi liceat verbum facere
de confessione factâ : si renuat , &
tamen communicare omnino velit ,
præbe non vitam , sed mortem vo-
lenti , neque iam tergiuersari potes-
extra confessionem , ne sigillum fran-
gas : miserum hominem ! sed non tuâ
culpâ , vitio perit suo . Stude tamen
efficere , quantum potes pro illius
salute .

N V M : XVI.

*Modus disponendi infirmum ad recipien-
dum Viaticum.*

SI aliquando in vitâ , profectò in-
periculo mortis maximè res , tem-
pûisque , atque ius ipsum diuinum po-
stulat , ut Christiani Sacramento se-
Eucharistico obarment , cùm vires
corporis , & animi ex vi morbi elan-
gue-